



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

92 Nisi quod lex tua meditatio mea est: tunc fortè perissem in humilitate
tua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

470 MEDITATIONES

si tribulationes, & tentationes patior, magna id dispensatione, & sapientia geri. Nō enim id sine ingenti mea utilitatē permittis, qui tam potens, & sapiens, & bonus es. Postremò illud diligentissimè perpendo, si ea, quæ inanimata sunt, nec vlla mercede potentur, ita legem tuam seruant, quā posuisti eis, quid mihi faciendum sit, qui excellentiori modo, intellectu, & voluntate, hoc est, cognitione, & amore tibi seruio: nec in vacuum, aīst gratis seruio, sed tot iam donis præoccupatus, tantæ mercedis promissionibus ad cælestia vocor. Merito ergò hæc cōsiderans, & admirans, legem tuam, & meditari, & seruare studio, quam quodammodo me tot, tantæq; voces edocent, tot mirabilia vel surdis proclamat. Quoniam & per ipsa elementa mundi, tanquam per publicas paginas, significationem diuinæ voluntatis accipimus: nec vñquam cessat superna eruditio, quando etiam de ijs, quæ nobis famulan- tur, imbuimur.

S. Leo ser
7. de ieiu
10. mens

92 Nisi quod lex tua meditatio mea est, tunc fortè perirem in hu- militate mea.

Ecce fructus meditationis legis tuae. Nam in humilitate, & afflictione non esse in hac vita, quæ tota tētatio est, omni- nō non possum. In hac ergo summa affli- ctione,

etione, tentatione, deiectione, vnicum refugium, ne peream, lex tua est. In Hebreo non est, forte, sed simpliciter, Tunc perijſt medium sem. Ex quo patet, siue in tribulationibus humanis, siue in temptationibus inuisibilis tio legis inimici; in quibus & periculosius, & frequentius, & difficultoribus remedij humiliamur, otaninō perituros nos, nisi ad te clamantes in lege tua meditemur. Qia meditatione semper paratos nos esse conuenit, ne repentino aliquo iectu prosternamur: sed exercitatos tentatio semper inueniat. Athleta nisi exercitio palæstra prius fuerit assuefactus, non audet subire certamen. Vngamus igitur oleo lectio Ambrosi nostræ mentis lacertos: sit nobis tota die, ac nocte exercitij usus in quadam cœlestium scripturarum palæstra: artusque animorum nostrorum salubris spiritualium ferculorum esca confirmet. Sit nobis quotidiana lectio pro exercitio, ut quæ legimus, mditemur imitari. Ita fiet, ut in humilitate tam magna, tam multiplici, tam assidua nō pereamus. Perit quippe, qui non meditatur in lege tua, in qua perspicit nobilitatem suam, voluntatem tuam, etram prouidentiæ tuæ. Hæc lex meditatio mea est, qua custodiar, ne peream.

Sed hebræa vox significantius. Nō enim nudam meditationem significat, sed cum maximo sensu, & inclinatione. Vnde dici potest.

Sed me- potest. Lex tua, delectatio mea est, deliciae
ditatio ex meæ, suavitates meæ. Quod vna vox lati-
animo. nè exprimere non potest, expressit hebræa.
 Si hæc omnia iungantur simul, satis appar-
 ret, qualem oportet esse meditationem
 legis tuæ, ne in humilitate nostra pereas-
 mus.

**93 In æternum non obliuiscar iustifi-
 cationes tuas: quia in ipsis viuifi-
 casti me..**

**Vita in
 legis cu-
 stodia.**

Ezech.10.

Quis enim nisi vitæ oblitus, ac se viuere
 non sentiens, eorum obliuiscatur, per
 quæ viuit? Ergo in æternum non obliuiscar iustificationes tuas, quia in ipsis viuifi-
 casti me. Si enim vera vita animæ meæ
 ipse es, per ea viuo, per quæ tibi adhæreo:
 adhæreo autem per obseruationem vo-
 luntatis tuæ, & legis tuæ. Nec sine causa in
 throno illo, quem vidit Ezechiel, quo tu
 ferebaris, id est, in anima, quæ te glorifi-
 cat, & portat, rotæ erant, quæ volubiles
 appellatæ sunt, quocunque ducis, te facile
 sequentes. In his autem, inquit Propheta,
 quia spiritus vitæ erat in rotis. Ecce lex
 tua, qua currimus, qua te portamus, ipsa
 nos viuificat: quia spiritus vitæ, id est, Spi-
 ritu ipse tuus, in rotis est. Fac nos Dom-
 ine rotas tuas: fac facile volubiles, & cur-
 rentes. Pone spiritum vitæ in nobis, vt fa-
 quamus semper voluntatem tuam: tuo Spi-
 ritu